Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Decreti Regii, quo Nestorio exilium aperte & publice indicitur, relatio & de ordinatione Maximiani episcopi Consta[n]tinopolitani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15241

Visual Library

Anno Christi 431.

μόλις ἐγὼ καὶ αὐτὸς ἰσχύσαμεν τὰς τῶν λυπουμένων θεραπεῦσαι ψυχάς. πλὴν εἰ καὶ πολλοὶ λίαν οἱ ψευδεπεῖν ἐθέλοντες, ἐπιφυόμενοί τε καὶ ἐπιπηδῶντες μάτην, μᾶλλον δὲ καὶ * παροτρυνόμενοι πρὸς τοῦτο παρὰ τῶν Νεστορίου σπουδαστῶν· ἀλλ' ἤρκεσεν εἰς ἐπικουρίαν τοῦ σωτῆρος ἡ χάρις, καὶ τῆς ὑμετέρας * εὐσεβείας τὸ μισοπόνηρον. ὥσπερ γὰρ ἐκ καμίνου καιομένης ἁρπάσαντες, ἡμερωτάτοις νεύμασι διεσώσατε· ἵνα τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ, τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν * ἡμετέραν Αἴγυπτον ἁγίοις ἐπισκόποις, καὶ μοναστᾶις, ἀκαταλήκτους εὐχαριστίας, τὰς ὑπέρ τε τοῦ ὑμετέρου κράτους, νίκης τε, καὶ διαμονῆς, ἀναφέρωμεν τῷ παναγίῳ Χριστῷ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

* παροξυμμένοι
* εὐπρεπείας
* ὑμετέραν

ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ ΘΕΣΠΙΣΜΑ τὸ * δημοσιεῦον, καὶ ἐξορίζον Νεστόριον.

* δημάδον,

ΑΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἑπτὰ καὶ ἑπτὰ ἐπισκόπων ἐξ ἑκατέρου μέρους, ἐπληροφορήθη ὁ βασιλεὺς, ὡς ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος πάντα κανονικῶς καὶ ἀκολούθως πράξασα καθεῖλε Νεστόριον. διὸ καὶ ἀποδεξάμενος αὐτοὺς, κατέγνω τῶν ἀνατολικῶν, καὶ λοιπὸν ἐξώρισε μὲν Νεστόριον. ἐκέλευσε δὲ, τοὺς ἐκ τῆς ἁγίας συνόδου * εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον τῇ ἁγίᾳ Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίᾳ. καὶ * συνελθόντες ἐχειροτόνησαν Μαξιμιανὸν ἐπίσκοπον.

* συνεισελθεῖν
* συνεισελθόντες

ſorum animos ægre ego & ipſe ſimul hac ratione placare potuimus. Verum enimuero licet plurimi mentiri volentes extiterint, & inſurrexerint, & fruſtra inſilierint, ſeu potius a Neſtorii ſtudioſis ad hoc incitati fuerint; ſuffecit tamen ad opem nobis ferendam Saluatoris noſtri gratia, veſtræque pietatis iuſtitia. Nam velut ex ardenti camino ereptos, placidiſſimis veſtris nutibus ſeruaſtis, vt vna cum aliis, qui per vniuerſam veſtram Ægyptum ſparſi ſunt, ſanctis epiſcopis & monachis continue pro imperio veſtro, & victoria, ac ſtabilitate, gratiarum actiones ſanctiſſimo Chriſto offeramus. Per quem, & cum quo, Deo & Patri ſit gloria, cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorũ. Amen.

DECRETI REGII, quo Neſtorio exilium aperte & publice indicitur, relatio. *

** & de ordinatione Maximiani epiſcopi Conſtãtinopolitani.*

CVM ſeptem & ſeptem ex vtraq; parte epiſcopi Conſtantinopolim veniſſent, imperator certo comperit, ſanctam & œcumenicam Synodum canonico legitimoque ordine in omnibus ſeruato Neſtorium depoſuiſſe. Itaque legatorum Synodi ſententia approbata, orientales quidem condemnat, Neſtorium vero exilio multat. Iis præterea qui ex ſancta Synodo legati venerant, iniungit, vt ad eccleſiam ſe conferant, ibidemque ſanctæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ epiſcopũ creent. Illi in eccleſiam ingreſſi, Maximianum epiſcopũ creant.

ANNO CHRISTI 431.

Poſt hoc iuſſit imperator vt ſinguli epiſcopi ad ſuas prouincias & ciuitates reuertantur. Remanſit autem Ioannes Antiochenus, ceterique epiſcopi qui partes illius tuebantur, in ſeparatione permanentes. [Ingreſſus autem eſt Cyrillus epiſcopus Alexandriã † Athyr tertia, & ſuſcepit eum ciuitas cum multa exultatione & gloria.]

† Eſt xxx. dies Octobris.

Deeſt decretum.

καὶ μετὰ τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς, πάντας τοὺς ἐπισκόπους, ἕκαστον ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν τε καὶ πόλιν. ἔμεινε δὲ Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχείας καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ ἐν τῇ χωρίσει ὄντες.

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

Λείπει τὸ θέσπισμα.

ANTIGRAPHVM interpretationis decreti imperatorii, ſcripti ad Iſidorum præfectum prætoriorum & conſulem, de exilio Neſtorii.

ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ βασιλικοῦ θεσπίσματος γραφέντος πρὸς Ἰσίδωρον ἔπαρχον πραιτωρίων καὶ ὕπατον, περὶ τῆς * ἐξορίσεως.

* ἐξορίας.

CAP. XV. Sententia aduerſus Neſtorium.

LICET noſtrum erga rempublicam ſtudium conſpicuum ſit; non minori tamen nobis eſt curæ, vt ſacroſancta religio tuta conſiſtat: qua videlicet a nobis cuſtodita, in publicis quoque rebus nos adiuuari confidimus. Quare cum Neſtorius catholicæ eccleſiæ quondam ſacerdos, nunc vero fidei proditor, tantorum ſcelerum mole oppreſſus teneatur; neceſſarium eſt, vt noſtræ ſerenitatis ſententiæ ſubiiciatur, calamitateque moribus illius digna opprimatur, vt qui venerandis eccleſiæ legibus abiectis, nefandæ hæreſeos auctor extiterit: & dum illorum, quos proditionis ſuæ ſocios ſibi adiunxit, fidem corrupit, alienæ corruptionis crimen in ſuam ipſius perſonam recepit. Tua proinde celebris dominatio hac pragmatica ſanctione,

Κατὰ Νεστορίου ἀπόφασις.

ΕΙ καὶ τῆς τῶν δημοσίων πραγμάτων φροντίδος περιφανὴς ἐστὶν ἡ ἡμετέρα σπουδὴ, ὅμως οὐχ * ἧττον παρ᾽ ἡμῖν τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας ἡ ἀσφάλεια· ἥνπερ θεραπευομένης παρ᾽ ἡμῶν, καὶ ἐν ταῖς δημοσίαις χρείαις πιστεύομεν ἑαυτοὺς βοηθεῖσθαι. καὶ διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ Νεστόριος, ὁ τῆς καθολικῆς ποτε ἐκκλησίας ἱερεὺς, νῦν δὲ τῆς πίστεως προδότης, τηλικούτοις μυσαρῶν μεγέθεσιν ἐνδεδεμένος φαίνεται, καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἵνα ἀποφάσει τῆς ἡμετέρας γαληνότητος ὑποβληθεὶς, τῇ ἁρμοζούσῃ τοῖς οἰκείοις τρόποις ταλαιπωρίᾳ καταβαρυνθείη· ὅστις καταλειφθέντων τῶν σεβασμίων νόμων τῆς ἐκκλησίας, ἀθεμίτου αἱρέσεως αὐθέντης ἐφάνη. καὶ ἐν τῷ διαφθείρειν αὐτῶν τὴν πίστιν, οὕστινας τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἑαυτοῦ προδοσίας συνῆψεν, εἰς τὸ οἰκεῖον ἑαυτοῦ πρόσωπον ἀνέλαβε καὶ τὸ ἔγκλημα τῆς προδοσίας τῆς ἀλλοτρίας. ἡ ἔνδοξος τοιγαροῦν σου αὐθεντία, τοῦ πραγματικοῦ τύπου τούτου,

* ἧσσον